VII
CACHOM
1745

Pictor Pisae in Italia adscripsit

SACRIFICATURIS:

ABELI: Sacrum pingve dabo; non macrum sacrificabo.
CAINO: Sacrificabo macrum; non dabo pingve sacrum.
Hic Fratrum primorum Litigium internecinium
totum effigiat

JOBII CACHOMILI

ELEGIA,

Cujus ut Hexametri sunt Pentametri qvoqve versus.
Sic qvoqve Pentametri qvilibet Hexametri.
Prorsum his, Pentametros referens sibi, sitne CAINUS.
Retrorsum, Hexametris experiatur ABEL,

Qvam

ex *nitido* & *eleganti MSto Papyraceo*,
qvod olim in Bibliotheca Palatina vetere
sanctè est servatum,

Falso, avaro, rapaci & omnis odii atqve invidiae plusqvam Cainnæ proh! undiqve pleno hoc seculo

qvorundam benignorum, candidorum, fidorumqve
Maecenatum atqve Achatum
impulsu
Sumptibus suis edi curavit
POSSESSOR
JO. FRIDERICUS HEKELIUS.





Ps. XCI. 13



Plaviae Varisc.
Litteris Hallerianis, A. CHR. M. DC. XCV.

In frontiſpicio *ſeqventis* CARMINIS etiam ſunt conſpicienda ſeqventia:

SERIA, AI, RES
TERRET UT ERRET?
SE DET; ET EDES.

Res terret: res terret? ai: res ſeria terret:
Terret ut erret: ut erret, ai: res ſeria terret?
Sed des te: ſed et, & ſe det ſe: ſe det, & edes.

* * *

ABEL:

ALloqvium impetret tutum mihi pax: ita salve.

CAIN.

Salve, ita, pax, mihi tu, tum impetret alloqvium.

A. Cain, nempe tibi vix Abel congrediatur.

C. Congrediatur, Abel, vix tibi nempe Cain.

A. Vafras esse eqvidem novi voces, es ut intus.

C. Intus ut es, voces novi eqvidem esse vafras.

A. Agro solus ubi nunc hôc es, justus ô esto!

C. Esto ô! justus: es hôc nunc ubi solus agro.

A. Insidiis vacui vin' hic ut conveniamus?

C. Conveniamus ut hic vin' vacui insidiis?

A. Haut ego solus ubi tecum sum; nec dabo verba.

C. Verba dabo: nec sum, tecu ubi, solus ego; haut!

A. Exciderent modo, vita cui mala, huic bona dicta.

C. Dicta bona huîc, mala cûi vita, modo exciderẽt?

A. Colloqviis arbitra potest aurisnè deesse?

C. Deesse aurisnè potest arbitra colloqviis?

A. Heus! Jovæ nemo cui qvid loqvitur procul aure.

C. Aure procul loqvitur, qvid cui nemo Jovæ? heus?

A. Fas, ne qvamq; tibi rem blandam nunc ego dicam,

C. Dicam ego nunc blandã rem tibi qvamq; nefas.

A. En! qvoqve recta mihi si demonstres, ego cedam.

C. Caedam ego, demonstres, si mihi recta qvoq;, en!

A. Hinc, age, frater, ubi ſis ablatus nece, cerne.
C. Cerne, nece ablatus ſis ubi, frater, age, hinc.
A. Haut ita ſemper, uti nunc eſt, erit: Ordo ſtat iſte.
C. Iſte ſtat ordo: erit, eſt nunc uti, ſemper ita: haut?
A. Interitus reprobum, non excipient bona fata:
C. Fata bona excipient, non reprobum interitus.
A. Eſt adeò jam neqvitiis Inſpector & Ultor:
C. Ultor? & Inſpector neqvitiis jam adeò eſt?
A. Alterius cupio, non hujus res ego ſêcli.
C. Sêcli ego res hujus, non cupis alterius.
A. Hoc ut tempus, ego credam non, qvod melius ſit?
C. Sit melius qvod, non credam ego: tempus ut hoc.
A. Haec tua vita mihi non eſt, Germane, ſuävis.
C. Svavis, Germane, eſt non mihi vita tua haec.
A. Utrum regreſſus verò vitae deceat, dic.
C. Dic, deceat vitae verò regreſſus utrum.
A. Eſt ut juris ago; non mens ut coeca ſuädet.
C. Svadet. coeca ut mens; non ago, juris ut eſt.
A. Eſt mea apertanè vita? Tenebris nil ago tectum.
C. Tectum ago nil tenebris: vita nè aperta mea eſt?
A. Duplex eſſe eqvidem nolo; ſimplex ego notus.
C. Notus ego, ſimplex nolo eqvidem eſſe, duplex.
A. Suprà JOVA mihi REX ac DEUS: haut alii ſint.
C. Sint alii: haut DEUS ac REX mihi JOVA ſuprà.
A. JOVAM grata modo qvae placent: haut alia opto.
C. Opto alia, haut placẽt qvæ modo grata JOVAM.
A. JOVAE ſancta mihi, nec vox eſt parva ita fando.
C. Fando ita parva eſt vox, nec mihi ſancta JOVAE.
A. Labris usq; celebro proin DOMINUM, ut colo corde.
C. Corde colo ut, DOMINUM proîn celebro usqve labris.

A. Su-

A. Sacrum pingve volo, non macrum perpetuare.
C. Perpetuare macrum, non volo pingve ſacrum.
A. Scabrum demo; integra miniſtro; nonnè ego rectè?
C. Rectè ego nonnè miniſtro, integra demo, ſcabrum?
A. Glabrum qvodqve mihi, ſit capro, ſive ove, ſervo.
C. Servo; ove, ſive capro, ſit mihi qvodq; glabrum.
A. Innocuum ſacrum malo pecus omne: adole far:
C. Far, adole omne pecus, malo ſacrum innocuum.
A. Qvadrant ipſa DEI dona, haut merui qvod ego, arae.
C. Arae ego qvod merui, haud dona DEI ipſa qvadrant.
A. Lytrum procuro ſigno; qvae ſpes mihi facta.
C. Facta mihi ſpes? qvae? ſigno, procuro lytrum.
A. Ehem! profundet ſponte, ehem! ſangven Jëſus.
C. Jëſus ſangven ehem? Sponte profundet ehem?
A. O bona propago! qvando poſt ortus Is; ô Lux!
C. Lux ô? Is ortus poſt? qvando? propago bona? o!
A. Reprimet Is fera colla colubri: non ea nôſti?
C. Nôſti ea: non Colubri colla fera Is reprimet.
A. JOVAE dicta probo: non, qvae ſpondent, ea credam?
C. Credam ea, ſpondent qvae? non probo dicta JOVAE.
A. Spiritui ſacro me Sancto: non ibi pugno.
C. Pugno ibi: non Sancto me ſacro Spiritui.
A. Probro jure tibi, qvae latras: iſta nè profers?
C. Profersnè iſta? latras, qvæ tibi jure probro.
A. Patris dogma ſcio non fallax: id bene credo.
C. Credo bene id fallax, non ſcio dogma Patris.
A. Patrem ritè colo: ſcis; hinc nec temno ego matrem.
C. Matrem ego temno, nec hinc, ſcis, colo ritè patrẽ.

A,Flagrat amore meum cor erga qvemq; ita veſtrûm.
C, Veſtrûm ita qvemqve erga cor meum amore flagrat.
A,Fragrat honore meũ cor erga qvemq; uti veſtrûm.
C. Veſtrûm uti qvemqve erga cor meum honore fragrat.
A. Flabris aucta ſit ira meis? Odiſſe prehendo.
C, Prendo odiſſe : meis ira ſit aucta flabris.
A, Reddiderim talitra cui? haud ulli maledicta.
C, Dicta malè ulli haut cui? talitra reddiderim.
A, Vitrum vita mihi : nec nunc mors hinc ita diſtat.
C. Diſtat ita hinc mors nunc : nec mihi vita vitrum,
A. Eſt prece qvisqve mihi, non flagris qvos ago, frugi.
C. Frugi, ago qvos flagris; non mihi qvisq; prece eſt
A. Pigrè laeva fero, nec alacris moeſta cuivis.
C, Cuivis moeſta alacris, nec fero laeva pigrè.
A, Opprobrium citra culpo : nunqvam nego facta.
C, Facta nego : nunqvam culpo citra opprobrium.
A, Hic ut adulter qvis ſit; non ego : caſtè ego vivam.
C. Vivam ego caſtè? ego non : ſit qvis adulter ut hic.
A. Stupris usq; procul ſum; nec conjux ego ſpurcae.
C, Spurcae ego conjux, nec ſum procul usqve ſtupris.
A. Fabrefacta cito ſic, ut vito, pigro furta
C. Furta pigro, vito ut; ſic cito facta fabrè.
A, Lucrum turpe puto; non abdo relicta cuiqve.
C, Cuîqve relicta abdo : non puto turpe lucrum.
A, Eſt libra juſta mihi : nec contractus ego ſolvo.
C. Solvo ego contractus : nec mihi juſta libra eſt.
A, Technis fulta fugo : nec fraus eſt hîc, ubi teſtor.
C, Teſtor ubi, hîc eſt fraus; nec fugo fulta technis.

A, Eſt

A. Est odio palpo, neqve sit curae mihi scurra.
C. Scurra mihi curae sit, neqve palpo odio est.
A. Est sat priva mihi: non alterius cupio rem.
C. Rem cupio alterius: non mihi priva sat est.
A. Agro vellis uti, sic vepres corde ego vello.
C. Vello ego, corde vepres sicuti vellis, agro.
A. Retraho flagitiis, haut unqvam dissimulando:
C. Dissimulando, unqvam haut flagitiis retraho.
A. Retro vela citò dans; haut sum fixus, ubi erro.
C. Erro ubi, fixus sum: haut dans citò vela retro.
A. Indoleo; neqve despero mihi, o! veniam tum.
C. Tum veniam ô mihi despero; neqve indoleo.
A. Haec facio, Jova dante; haut jam sic satus esse.
C. Esse satus sic jam: haut dante Jova, facio haec.
A. Libris acta, nec esse tenebris haec scio danda.
C. Danda scio haec tenebris esse; nec acta libris.
A. Atrox acceleratur poena: exin mala mitte.
C. Mitte mala: exin poena acceleratur atrox.
A. Ah! mihi dira nisi, nil responsas: age mittam.
C. Mittam? age: responsas nil, nisi dira mihi: ah!
A. Ohe! refrager? nolo: prorsus taceam jam.
C. Jam taceam? prorsus nolo: refrager. Ohe?
A. Litigium lugubre sit hoc jam: qvin' ego cedam?
C. Caedam ego, qvin jam hoc sit lugubre litigium.
A. Hîc mea facta tibi non sunt, ut agas ita mecum.
C. Mecum ita agas, ut sunt non tibi facta mea hîc.
A. O! i; fer, monuit qvi, fratrem, nunc ea frustra.
C. Frustra ea nunc fratrem, qvi monuit, ferio.
A. Est mea nota tibi sat mens ita, ne ferias me.
C. Me ferias ne ita? Mens sat tibi nota mea est.

A. Vi-

A. Vibres tela mihi tu, frater, vah! ita saeva?
C. Saeva ita, vah! frater, tu mihi tela vibres?
A. Est bona vita mihi, non est mala: causa ea lethi!
C. Lethi ea causa; mala est non mihi vita bona est,
A. Patras dira, tibi qvae Latro, perpetienda.
C. Perpetienda, Latro, qvae tibi dira patras.
A. Ah! gemitum qverulum, non fratrē publicet *ach* te!
C. Te *ach*! publicet fratrem, non qverulum gemitum, ach!
A. I; per summa! cave, me perdas, hoc opus ause.
C. Ause opus hoc, perdas me? cave summa, peri.
C. Nigris contumulare tenebris; non ita terre,
TERRA.
Terrae ita non tenebris contumulare nigris.
C. Migro rure, tremo: vox haec sat sangvinolenta.
T. Sangvinolenta sat haec vox tremo, rure migro.
C. Migres astra supra cuncta: hæc DOMINO modo plange.
T. Plange modo DOMINO haec; cuncta supra astra migres.
C. Haec veniam superat, non ignosci pote culpa.
T. Culpa pote ignosci; non superat veniam haec.

* * *

Centenis qvinqvagenis sex versibus omnis
Vertitur hic vitio laus pariterqve probrum.
NB. NB. NB.

I.

In mundo CAIN hoc etiamnum litigat; ipse
Litigii usqve miser fine, beatus ABEL.

II.

Litigium ABELI & fuit exitiale CAINO;
Exiit omne malum qvo ille; at hic omne bonum.



MC